



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Res gesta cominus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Aeneas Philosophi dicitur.

rum commodorum rationem habeat sive loquere, sive dormias, sive bibas, sive cibum capias, sive legas, scribas, parata semper adstat, ut in faciem insiliat tuam, infesta, importuna, incommoda, nihil nisi fastidio de se concitando idonea. Hinc apud Ciceronem secundo de Oratore, ridicule dicitur de molestissimo juvene, Abige Muscas puer. Hinc Platonius vir Aeneas summa Philosophus integritatis, dum Eucheitem introducit Theophrasti commenta deludentem, qui dicitabat animas relictis humano corpore id genus bruta sectari, eisque inhaerere, quorum opera visa fuerint imitari, ut Hyperbolus quendam impudentia notaret, inquit: Musca item Hyperbolus imhet, quippe par tui utriusque impudentia.

PERTINACIA. CAP. XXXV.

Iliad. l. 14.

Id est, Atque illi musca sicut intra precordia misit. Quae quamvis de pelle viri sit saepe repulsa, assulsiat morsura tamen. Musca Beelzebub hieroglyphicum.

EA tamen improbitas pertinacissima, qua nunquam rebus quietem esse finit, tanti fuit, ut inter praelia deorum gravissimaeque res Poetarum principem Homerum illexerit ad ejus pertinaciam perseverantiam memoria demandandam, Hieroglyphicumque proponendum, quo ferox hostis insultat, neque moram, neque requiem dat ullam, donec vulnus inflixerit, & audacia confidenter ma munus executus fuerit. Ita enim apud eum legitur:

Και οι μύινς πέσοσι ενι στήθεσιν εχηνεν.  
Ητε και εερομλήη μάλα περ ζωός ανδερμυλοιο  
Ισραάδα δακείεν,

Unde etiam Hebraeis Beelzebub demonis nomen, quem aliorum longe principem praedicat, quae Musca est hieroglyphicum, quod D. Hieronymus agnoscit: nunquam enim cessat ille humanam genus modis omnibus infestare, & modo hos, modo illos ad perniciem laqueos tendere, ac omnia quibus nos perdat, vias intentare. Observaverat etiam Eucherius, Muscam in Divinis literis modo pro cacodaemone, modo pro impuro atque malefico homine, modo pro idololatriae spurcicia ponit, Salomonis citato loco: Musca moritura exterminant olei suavitatem: hoc est, adeo malignum est haec scarum genus, ac perinde Beelzebub, ut vel si moriendum sit, dum aliqua noceat, quippe vel bonae alicujus mores corrumpat, vel virtutem aliquam infringat, se quoque simul perdit pro nihilo habet.

RES GESTA COMINUS. CAP. XXXVI.

Plutarchus in apophth. Laconicis.

Musca etiam aliquando in Laconum clypeis insigne fuit, quam cum quidam non omnino veram majorem in parva figurasset, objicienti quod latitandi causa id fecisset: Imo, respondit, figuram esse, ut tam proximè ad hostes accedere, ut Musca ab eis interfosci possit.

INDOCILITAS. CAP. XXXVII.

Animalia duo indocilia.

Quinetiam indocilitatis hieroglyphicum est musca: nulum siquidem omnium animantium minus docile existimatur, neque minoris intellectus. In qua sententia est Plutarchus Symposiacón octava decade, duo tantum domestica animalia esse dicens, quae nunquam humano convictu mansuescant, neque tactum admittant, neque consuetudinem, neque ullius rei aut disciplinae communionem: quippe Hirundinem & Muscam, quam semper & indocilem, & feram permanere, uti omnibus patet, asseverat. Videre etiam est in hominibus, eos egregie temerarios & impudentes esse, omniaque audere, qui nulla elegantiori doctrina praediti sunt: contra alios quo peritiores fuerint, eo modestiores verecundioresque esse. Hinc apud Horatium hominem notari videas, qui cum Athenis per annos aliquot libris infenuisset, Romam reverfus sum taciturnior ingrederetur: quippe id contra vulgus sentiens: nam sensus ille ex imperiti vulgi consuetudine desumptus, cum nimirum intelligat Horatius, probum doctumque virum, esse male eruditum.

